

Epè JONATHANEM me dixi, TEq; DAVIDEM,
WEISIADE, ô animi, capsula secunda, mei!



Non etiam in nudis hæsit dilectio verbis
Nostra; sed alterno fœdere firma fuit.
Ast quid quæsò David dulci Jonathanis Amori
Comparat? Et quæ de hoc mellea verba refert?

Affirmat sanctè, Jonathanis Nectar amoris
Dulcissimus uxorius melle fuisse sibi.

Huc ades, ô SPONSA, & Tu SPONSE polite, priusq;

Exemplo edocti dicite, qualis Amor?

Et quantus fuerit Davidi Jonathan erga?

Indubie nodum vos soluetis enim.

Sed quoniam humanæ sunt Tædæ, Academia vitæ,

Discentes nostra Vos volo adesse Schola;

Nostra; quorum animos primis puerilibus annis

Junxit rara fides, intemerata fides.

Ergo fides nostra hæc Vestrī sit amoris imago!

Vester in hoc aliquid disset amore, Thorus.

Conjugium Ægyptus monstrans sub imagine tectum,

Cornices geminas pinxit; id Ambo sumus.

Si vester talis fuerit, qualis fuit atq; est

Noster; si egregiam gloriam habebit Amor.

Nam veluti sponsi, Domino curante, novelli

Mirandum NEXUM primo in amore vident:

Dum forsitan sponsus nequaquam pectore volvit,

Quam velit? Et tamen Hanc summus lœva velit;

Sic nunquam fuimus tacitæ nec mente locuti,

Possibilisne foret noster amicus Amor?

A Thuringiacis longè Lusatia terris

Distat; dia Manus sed tamen ursit opus,

Ambitor primò figens in Virgine vultum,

In primis quærit, QUALE COR insit ei?

Postea corde pio perspecto & pectore, mores

Indagat, facilis temperet annè Lepos?

Nam quid divitiæ? quid honor? vel forma venusta?

Adsit nî roseus cum Pietate color.

Sic nihil affuerat nostram conjungere mentem

Quod poterat, nisi Cor dexteritate probum.

Nî forsitan, de quâ tibi lusus, pellis ovilla

Perstrinxit faciem, Frater amande, Tuam.

Mox visum cupidum pia CONVERSATIO cingit,

Alter ab alterutro vult nec abesse diu:

Sed quoties lateri se se agglomerare cupiti

Sponsi Sponsa potest, Hujus & ille, facit.

Mollia nempe manus, sunt vincula Virginis, albæ,

Cujus ab amplexu non cupid ire lubens.

Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,

Quam mea sunt collo brachia nexa Tuo;

Dum primis hilares gustare incepimus annis

Fructus, in studiis, dante Tonante, bonis.

Et Schola conjunctos animos, & Lipsia vidit,

Semper & in nostro vixit amore Fides.

Non